



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Ethbino confessore. Cap[itulum]. lxxxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)





**Sclepia**

des episcopus antiochenus et martyr apud eadem civitatem passus est. Qui unum fuit ex preclaro confessorum numero: qui sub decio cesare passi sunt. Hic enim pro confessione nominis christiani capite truncatus martyrio coronatus est. xv. kalen. nouembriis: ut dicitur ado.

De sanctis Proleto et Lucio martyribus. Cap. lxxxiij.



**Proleto et Lucio**

cum quodam tertio martyres tempore antonini pii augusti passi sunt apud alexandriam civitatem. Qui proleto a quodam centurione detentus: eo quod se christianum diceret: dudum in carcerali custodia maceratus ab eodem iudice traditus est: a quo interrogatus dum se christianum colere verum voce profiteretur: capitali sententia damnatur. Dumque lucius: qui christianus occultus: iudice de tanta impietate argueret: eo quod nullus reus criminis innocenter damnasset: interrogatus quomodo ab eodem se christianum fore similiter assereret: simul ultione puniendus ad iudicium. Sed et quidam tertius pari usus libertate: pari quoque damnatione condemnatur. Qui omnes simul decollati martyrio coronati sunt. xiiij. kalen. nouembriis.

De sancto Eribino confessoro. Cap. lxxxiij.



**Eribinus**

in hibernia claruit tempore mauritij imperatoris. Hic in britania nata in domo paternarumque ad annum xv. liberalibus disciplinis instructus est. Ortuus vero eius patre ab ipsius genitrice sancto sampsoni dolenti episcopo oblitus ab eodem clericus factus est. Materque ipsius sacro velamine consecrata: qui postquam predicto episcopo annis aliquod adhaesit: ut arctiori se vite traderet: ad secum similitanum abbatem accessit: a quo in monasterio quod tauracum dicitur: monasticum habitum suscepit: qui etiam ad diaconatum promotus sancto virginato sacerdoti: et eiusdem loci monacho sociatur. Cum autem cum predicto sancto quadam vice itineraret: et leprosum aspectu horribilem inuenisset: eribinus tacentem cepit brachijs sustentare: dumque ille dolore narium torqueri se diceret: et nullum sibi adesse reme-

ditum: nisi oris anhelum exprimeret: vixit locus compatiens nasum horridum et vicerosum in ore suscepit: quem eribinus per latera sustinuit: respiciensque sursum: vidit crucem auream angelorum pauperum obstantes. Tunc les profusus viros domini confortans: se christum esse protestans in nube raptus nunquam comparuit. Illi vero domini gratias agentes alter alterius meritis vicissim visionem ascribebant. Quod igitur franci britanniam devastassent: eribinus hiberniam petens in silva nocturne turgurium et ecclesiam parvam fabricavit: in qua deo assidue servire cepit miraculis etiam claris claudum unum erexit. Mulier quaedam ad eum veniens pro salute filii sui paralytici: loquens postulat supplicavit: dicens quod beata virgo brigida illam ad eribinum misisset: ut eius filium liberaret. Qui suis orationibus filio mulieris illius salutem impetrauit. In ipso autem loco pane solus et aqua bis in hebdomada se refecit: et anno xiiij. in pace quiescit. xiiij. kalen. nouembriis.

De sancto Dapino martyre et Leuita. Cap. lxxxv.



**Dapino**

martyr et leuita et vir sanctus tempore decij cesaris apud ambianenses provinciam passus est. Qui cum esset plebeius paritendi desiderio inquitentibus se persecutoribus palas ostendit. Et a preside comprehensus post responsum eius constantiam dum christum confiteretur: in equuleo suspensus ac diutius tortus est. Qui dum preses cesaria eius filiam nimis speciosam in prorem promitteret: si deus sacrificare consentiret: et ille se mariam virginem dei genitricem habere sponsam assereret: ac omnino sacrificare renueret: fustibus diutissime cedebatur: deinde ad carcerem duci iubetur. Qui dum duceretur commisit spiritum. xiiij. kalen. nouembriis.

De sanctis Caprasio primo et Feliciano martyribus. Cap. lxxxvi.



**Caprasio**

martyr cum primo et feliciano fratribus passus est in gallis civitate agensis sub daciano preside. Qui enim caprasius christianus occultus timore presidis propter rabie persecutionis declinans iuxta urbem in rupis spelunca latere: audientes qualiter beata virgo fides pro christo agonizasset: